



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tuba Tragica, Seu Historiæ Horroris Plenæ Dominicis Per
Annum Concionatorio ritu aptatæ, Quibus ad oculum
ostenditur, quàm acribus pœnis flagitia proscindat
scelerum Ultor Deus**

Selhamer, Christoph

Norinbergae, Anno Gratiæ M.DC.XCIX.

Concio IX. Epiphania. Herodiana Politia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52721](#)

CONCIO IX.

FESTVM EPIPHANIAE.

Vt & ego veniens adorem eum. Matth. 2.

Herodiana Politia.

(1) Cornel.
in ep. c. 2.
S. Jac.

A.
Plures ex
Catholicis
damnantur
ob falsae
politie
studium.

(2) Joan.
18.

(3) Philo
L. Chro-
nol.
(4) Jos.
Ant Jud.
l. 17. c. 8.

Ornelius in Can. S. Jac. Ep. (1) quæstionem movet cun-
satis plenam & utilitatis , an nempe plures , ex Catholicis
salventur , an damnentur ? eamque p[er] simul ac diu
per problema resolvit h[oc] modō ; solos si Catholicos ac
cpias , rejectis Gentilibus Saracenis & Hæreticis , credibile
rim plures ex Catholicis adultos damnari . Hoc assertum solos ad Catholicos directum s[ed] solidis argumentis probat , roborat , que interne
mero tertium quod sequitur allegatur : plures ex Catholicis damnantur
quia plures animo & lingua , verbô & factô sovent principia politia
& virtuosa , quibus à puerò innutriuntur & immoriuntur ; seu quod idem
fuerit Festo accommodum præsenti , quia magnò numerô passim ne-
diè etiam Catholicî vestigia premunt Herodiana Opt. AA. Quis fuit
Herodes , non omnibus forte compertum erit . Fuit Herodes politia
veritatis strenuus assertor . Queras cum Pilato (2) quid est veritatis
litica ? dico paucis , ea est , quā cum aliis creticè loquimur , quā alia
ora sublinimus , quā alios splendidè decipimus & supplantamus . Ergo
inquier , vel avus est vel atavus , vel proavus vel tritavus avernum
Machiavelli Herodes ? Rem acutetigisti : Non ovum ovo est tam fine
camus utrumque lineas parallelas , & unâ lustremus quo tandem fine co-
ronata sit Politia Herodiana .

Philoni si credimus (3) fuit Herodes obscuris natalibus ortus de-
vus Aimonaim , inde in templo Apollinis ad Ascalonem æditus prouen-
minit (4) Josephus è tenui fortuna per vim & fraudes ad regimen electus , nulla Dei rerumque divinarum habita ratione , in id diu nocturno
tentus , ut per fas & nefas capitis nefasti trabecam firmaret , xvi nocte
pseudopoliticorum alpha & oméga , cui tritum illud Cæsar's lemma
ore simul & à corde profluxit : si violandum jus est , regnandi causâ violen-

dum. Et alterum: *Cui pellis non sufficit leonina, ei ossa debet vulpina.* His gradibus ex imo in altum grassatus, multos Urias Davidis instar blan-
de affatus, Bellerophontis literis instructos neci dedit & extinxit, ut
pravis animi desideriis omnes habenas tutius laxaret, sublatō illō, qui
posset vota improba remorari, Philo ait, per eum in regni aditu 70. ju-
dices imperfectos, unō Babā reservatō, cui oculos eruit, ut per aliorum
funera sibi vitam firmaret in ævum, corraso unde unde vanissimo præ-
textu vel proditionis vel rebellionis in Cæsarem suscitatae, cum neu-
trum subsisteret. Ut autem probè capiatur, qui fuerit hodiernus He-
rodes, paucis obiter lineis hujus Ardelionis avernalem genium depingi-
mus. Enī ut fraudulentum & clancularium veri rimatorem egit versi-
pellis sycophanta! Audiens autem Herodes Rex, Judæorum Regem natum
esse, turbatus est, & omnis Jerosolima cum illo. Timuit nempe, ne qui
per fraudes in alienum Judææ regnum irrepst, à Messia, regnō iterum
deturbaretur. Cum eo Jerosolima turbatur; qualis enim rex, talis grec.
Regis ad exemplum tota se Jerosolima compositus, Scribæ maximè ac
Pharisæi, pravitatis immersi millenis, Magnatum perfidi palpones.

At vanus erat timor iste ac verè frustraneus, cuius rationem dat (f) (f) S. Ful-
Fulg. Rex iste non venit reges pugnando superare, sed morienti mirabiliter gent. Ser. I.
subiungare; neg, idē natus est, ut Herodi succederet, sed ut in eum mundus de Epiph.
fideliter crederet. Cum tamen regno suo ex hoc recens nato Rege time-
ret, antè statuit prognatum jugulare, quām in virum adolesceret, mo-
re tyrannis omnibus recepto, qui compares ē medio tollunt, ut secu-
tus dominentur. Sic multò antè legitimos regni heredes partim dolo,
partim aperta vi occidit, & in illos omnes gravissimè defœvit, ut paulo
superius memoratum, quos in regno sibi assicurando credere poterat
obicem posituros. Quæ una etiam causa fuit, cur in vicinia Bethlæa
latius sumpta 14. millia parvulorum occideret, ut sc. inter eos Christum
etiam Judææ Regem jam natum interimeret. Hunc in finem multa ex
Magis regibus clanculō querit Herodes, & cum stellæ motum fundi-
tus explorasset, alio in conclavi, etiam ex principibus Sacerdotum, Scri-
bis literatis ac legum Doctoribus sollicitè scicitarunt, ubinam Christus
nasceretur, qui omnes Bethelebem pro Dei habitaculo divinis ex Oracu-
lis designabant. His erutis, mittens illos in Bethelebem dixit: ite & inter-
rogate diligenter de puer, & cūm inveneritis eum, renuntiate mibi, ut &
ego veniens adorem eum. Credi poterat gaudiō animum subsultare, cūm
exreditu certum nati Regis nuntium captaret, ite & renuntiate mibi, ut
& ego veniens adorem eum. Enī politicum sed impium, sceleratum, qui

B.

Primus
fallæ poli-
ticæ Magi-
ster fuit
Herodes.

K

aperitè

apertè fingit, se illum esse, qualis revera non est. Talem quisquis politicum refert, multis simulationum involucris naturam tegit in fraudem & numerosos perfidicæ actus resolutam. Dixit impostor, ut *Ego veniens adorem eum*, qui sicam interim transfigendo infantis pectus parabat.

C. Herodiana politia ubique grafatur.

O quot hodie vestigia premunt Herodiana! dicit quibus ex animo candidè loquitur & germanè? quis nil unquam falsi veris miscet? Coram Friderico Cæsare Casp. Schlickius Bohemiae Cancellaria palam edixit, se tandem illa in loca terrarumque plagas abiturum, quæ his stimulationum larvis & fucatis hominum monstros penitus vacuantur. Cui mox Fridericus: ergo ultra Sauramatas aut glaciam Oceani tibi erit abeundum; sed cum eò etiam veneris, ne cum omnium simulatione remotior locus carebit, si modò & tu homo, & non Deus.

(6) *Aen.* *Sylv. Com.*

I. I.

(7) *Horat.* *in Ep.*

Aenea Sylvio (6) teste inter mortales nemo est, qui non aliqua excepta fuctus est aut fucatus. *His vitiis nemo sine nascitur, optimus illi, qui nimis urgetur.* Horatio (7) autore. Est autem totius pravitatis nuda facilè capitalior, quam illorum, qui tum, cum maximè fallunt, id agunt ut viri boni esse videantur. Malus cum se bonum esse simulat, perfidus est; & periculi plenior res est, si, qui oderunt, animi spumantis ratione contegant, altè interim amulationis vel offensæ memoriam recondant, quò fit, ut læsi subinde larga in obsequia descendant, ut media inter amicitiae jura tutiore fraude, aetractione officiorum simulatione in ambicii rancoris objectum graffentur. Ita lupinam scrobem florida fronte amictus cespes vestit, tegit; ita letale venenum melle circumstinctum auripigmento obductum dulcoratur & illustratur. Canunt cum Herode pseudopoliticorum Antesignano ævi nostri palpones hodie: *mille jam peractis, nulla fides est in pauci.* *Mel in ore, verba laeti, in corde, frus in factis.* Herodes etiam in hostes Magos Reges, novis nuntios officiosus extitit; non læsit advenas, licet nuntii efferae invisi propalatores; exceptit peregrinos amicè, ut tanto certius Ciudad perderet; fidem in parvis servavit callidus veterator, ut eam in magnis commodiis violaret. Misit hospites extraneos in Bethleem cum pœnae fidei & securitatis patentibus literis, quibus urbis portas etiam conculbia nocte voluit referari; valedixit amicè abeuntibus Magis, & in aulam reduces invitavit, invento & adorato Rege redirent, & nuntiarent, ubi locorum cœlō lapsus Princeps pacis coli posuit & adoraret. *ut Ego veniens adorem eum*, cum tamen actu jam sicam exaucient, quæ propria si posset, inventum Regem transverberaret, & letho committeret. En iterum pseudopoliticum tenebrionem? elusit Deus perito.

conatus & Magos per aliam viam ad patrios lares reduxit. Hoc auditō, mox fremere Tyrannus, concuti, turbari, expedire milites, latenti atati bellum indicere cruentum, inauditum, & 14. millia parvulorum ferrō perimere, ut hōc mediō certus esset, de nece novo etiam Regi per suos carnifices illata. Hic tandem insolens protervia pedem fixit, ubi tot animalia vivis è corpusculis sunt proscriptæ.

Nunc quem finem nactus sit tyrannus iste pseudopoliticorum principes, obiter exponamus. Implevit per hoc infanticidum scelerum tuorum mensuram; vix sanguinem fudit innocuum trux barbarus infanticida, futurus etiam Christicida, quantum in ipso erat, Dei Summi celerem sensit vindictam. Quinto die ab hac horrida parvulorum cēde primitus febri, tussi, & dysenteria, inde podagra, hydrope, & quod caput est, phtiria si seu morbo pediculari, verendorum putredine, astmate, & intolerabili fatore percussus animam sanguinolentam, animam pseudopolitico ritu nonnisi fallere doctam, in tetram Stygem evomuit, vivus à pediculis corrosus. Hanc Numinis vindictam omnes hodie fraudum figuli, & avernal is politiæ reprobi sectatores, Dei hominumque perfidi lusones, seu ut verbō dicam omnia, christiani Athelita extimescant.

Jam ad alteram paralleli lineam transeamus, visuri, quām parilis fuerit Herodi Nicolaus Machiavellus, quem hodie velut Semideum colit, amat, prædicat & sectatur pseudopoliticus orbis sacer & profanus. Hoc prævio duce numerō propè innumerō ad tartara ruunt politici nostri. Si quæras, qui genus unde domo fuerit impostor iste, bipedum nequissimus lavernio, stygiæ politiæ orcinus faber, pauca ex innubis conglobatim accipe. Aequè ac Herodes temui ex fortuna in altum emerit factus ex Scribacio florentino Regum & Monarcharum repetinus Magister, aulicorum ævi nostri ter execrabilis Breviarium, malorum principum mendax horologium, centum fulminibus dignum caput; his novam haec tenus & inauditam, imò inter Dæmonum adyta fabricatam mille dolis & fraudibus hirsutam statūs politici disciplinam, in odium pacis & concordiæ, in destructionem juris & justitiæ, in conculationem fidei & Religionis Catholicæ, in exterminium naturæ Orbis christiano invexit; hinc omnium in se animos, calamos etiam aca-tholicos excivit, fulmine suo ab Ecclesia damnatus, & in ordine infamium Scriptorum in Indice prohibitorum librorum positus, & quidem in fronte ac prima classe locatus. Sub hedera speciosæ Politices nil nisi summa nequitiam orbi vendidit, nil nisi palliatam iniquitatem mundo pro-

K 2

pinavit.

D.
Infelix o-
bitus He-
rodis.

E.
Non est
ovum ovo
tam simile
ac Herodi
Machia.

pinavit. Natus est quidem in Italia, & in patrio solo Florentia
reum visus concepit, sed conceptum in Gallia evomuit, ubi sua
entia politica portenta cum enormi plausu disseminavit. Sustulit
medio prima virtutis, pietatis, religionis & amicitiae humanae pio-
pia, quorum in vicem putida substituit, omnis fidei ac honestatis ex-
fiva. Sustulit arbitrii humani libertatem, Numinis providentiam, a-
mæ immortalitatem, fatô & fortunâ regi omnia palam vociferat.
Nulla hæresis tantas clades Reip. Christianæ invexit, quot exitias in
politici statûs disciplina. Nulla flagitorum pestis tot animas in ave-
barathrum demersit, quot hæc una novi atheismi mundo intrusi han-
Orcum præcipitavit.

F.
Stygia do-
gmata Ma-
chiavelli.

Docuit palam aernalibus libris suis, quod pridem ante Herodes
cticavit. Do aliquam hic loci dogmatum stygiorum promulgâdum, ex
bus velut ex ungue leonem colligas. Juxta hujus lavernionis principia
unum est sapere si personatus totâ vitâ incendas, si omnia in specie
pedias, si omnia ad fucum elabores, & nil penitus ad veritatem lo-
ris. Juxta hæc principia unum erit prudentiae caput cunctos fal-
cunctis insidiari, Deum ubique, si commodum fuerit, exterius pro-
texere, interius irridere, sui se numen constituere, ad se unum qui
quid agitur referre, virtutem in publico mentiri, vita in cordis no-
ditullio venerari, inexplebili avaritia mundum devorare, lites fer-
re, discordias excitare, omni ex parte machinationes extruere, hu-
mis manibus amicitiam fingere; cum vero res & occasio dictat, pe-
bè ulcisci quem odisti, & omnem humanitatem exuere. Juxta in-
ima è Styge protracta principia satis est, si pietas, religio, & humani-
simuletur, tunc maximè, cum grandis aut commodi spes affligatur.
Juxta hujus incarnati diaboli doctrinam, necessitas cum tulerit, impo-
pidè peccandum est. Datæ fidei habenda ratio est quamdiu commu-
nendum est, hoc sublatô, rumpitur cordate ac dilaceratur. Quod alveum
venti, eò sensim sine sensu obverti debet navis, ita cum castis calce,
cum incestis inceste, cum sobriis sobrie, cum ebriis ebriosè, cum Catho-
licis catholicè, cum hæreticis hæreticè, cum Atheis Atheisticè vive-
dum est. Injuria tibi tuisque facta talione vindicanda est. Inju-
rius & infamis est, qui cum non facit. Duellum si offertur, au-
ptandum est, ne honor perdatur. In conviviis cuiilibet ad ap-
haustus properanter respondendum est, ideoque totus homo in aliis
gratiam & sanitatem inebrandus, & prostrata ratione bestificando
est. Vita & fortuna propugnari debent mordicus etiam cum dispense
Legis divinæ. A fato & à fortuna aguntur omnia & diriguntur, ergo

providentia divina nulla est. Subditos inter alenda sunt continuae factiones; sic tūtō in eos summi Proceres grassantur & libidinantur. Princ̄ps, qui opes suas augere, & imperii fines statuit ampliare, artem mētiendi & fallendi addiscat necessarium est. Credatur firmiter, nullum ex animo amicum dari, sed nec ulli ex animo deferenda est familiaritas, ita tamen singulis blandiendum est, quasi singuli amentur. Surgendum est transeunti, locō cedendum est obvianti, honoris & amoris tituli affationem repetendi, licet animus harum fluctuet æstu. Ante omnia consuli debet statui politico, prolibus & familiæ. Ut statum retineas, ut augeas honorem, modis omnibus entendum est, nec curandæ sunt vel Dei vel Ecclesiæ leges, si obstant. Fraus omnibus est necessaria, quicunque parvis ex initiis crescere conantur, quæ tantò minus turpis est, quanto quis magis eam poterit operire, & quæsito prætextu occultare. Anima humana eadem cum bruti anima mortalitate, in sui nihilum cadit, perit; ergo nec cœlum datur, quō boni præminentur, nec avernus, quō pravi puniantur. Ita Deus è coelo proscribitur, cujus providentia uni fato attribuitur. Ita pulsa formidine pœnæ in scelus aguntur improbi, & extincto virtutis & abjecto immortalis præmii amore, nullis ultrâ stimulis ad bonum excitantur, nullis ultrâ frænis à malo abstrahuntur &c. Sufficiant pauca, ubi prostant innumera. Et his quidem principiis à recta fide, à literis divinis, à sanctorum Patrum decretis, à ratione, à natura, & à sancta veritate tantoperè alienis, hanc in horam pseudopoliticinituntur. Ad hanc Machiavelli regulam actus suos & consilia metiuntur; & quia hæc dogmata, hæc tartareæ leges apud benè multos vicem subeunt, Decalogi divini accedit prô dolor, ut semel animo hausta hæc Errabunt, vix unquam toto vitæ cursu ponantur aut rejificantur, ne quidem in confessionali sacro; quia ubi de puncto honoris, de lucro, de commodo, de bursæ ac nominis augmento agitur, ibi nec Deus curatur nec Diabolus, nec Conscientia, nec Infernus. Quidquid contra hæc detinent Ecclesiastæ, ab his Dei ac divinorum Dogmatum ludionibus constanter exploditur & ridetur. Quām similis sit Herodi Machiavellus nifallor, ex dictis clarescit. Quod Herodes practicavit, id Herodianæ politice assecla Machiavellus per suos pestilentes libros toti pñne mundo instillavit etiam catholicō, utinam non sacro quoque ecclesiastico & religioso; hinc rectè superius memini ex Cornelio, nos inter, qui Catholici dicimur, plures adulstos damnari, quia plurimi hodie his aernalibus principiis in præceps aguntur, indigni, qui nomen ferant christianum, rectius Atheistæ vocandi, quia illorum quamplurimi atheorum Magistrum, seu atheistimi publicum Doctorem pronis auribus hauriunt,

K 3

& im-

& impiissimi nebulonis genium pravis ausibus æmulantur. At veni-
sicut vidimus, quād turpi obitu suo pseudopolitiæ sua pœnas dede-
rit justo Deo, à vermibus corrasus Herodes; ita nunc pariter lute-
mus, quo fati genere Satanæ minister extinctus sit Machiavellus.
Paucis totum expeditio. Cælum ejurans, Deum blasphemans reprobum
ritum suum in sinum Luciferi, cuius regnum tantoperè ampliavit, col-
lō per Orcum obversō evomuit, eructavit. Metuant parem exitum
æmulatores ejus & discipuli, servi hujus Atheistæ nebulonis & fer-
liani, qui hunc avernalem Magistrum perfide seellantur, Itygas illi
leges & statuta identidem manibus terunt, juxta hos phlegetontia
fontes suis cum subditis agunt malitiosè, libris hinc rectius Vulcani
dicandis suas decorant Bibliothecas, insuper habitu fulmine ecclæ-
stico in hujus Authoris lectors, & à fortiori in peritos quod
asseclas per latam excommunicationis sententiam fulminato. Sed
evidenter & doleo, quot & quantos Viros etiam moribus clano
etiam religione illustres, hic atheorum Herodianus magister inten-
citat. His ego nunc coronidis loco Comitem referam, quem leg-
bus atheis ad duplice corporis & animæ interitum Machiavellus ma-
gister adhuc vivus instruxit. Sapient Comitis exitio residui hujus
fycophantæ discipuli & tartareas illius leges adhuc hodie fortiter op-
rent. De fide facti, quod narrare aggredior, nemo dubitet. Ex-
bita est tragœdia hæc publicis scenis Ingolstadii in Boica lapsis annis
nunquam sanè in theatrum publico spectaculo proditura, nisi tota
istoria fides fuisset integra & intaminata.

H. Obtigit Machiavello in disciplinam claris natalibus ortu & anno
Et discipuli Comitum stemmate perillustris Adolescens natione Gallus. Leot-
ejus. tum dicunt Ingolstadienses periochæ. O sanè miserum discipulum,
qui naetus est tam diabolicum magistrum! quid boni ab eo disere pos-
tuit, qui totus erat vitium, Orci excrementum. Politia legis si-
pra obiter tactis ita innutritus est, ut paulatim juxta leges publicas
omni lege solitus, in omnem libidinem præceps rueret Comes. U-
na ei regula fuit, nullis regulis constringi, & qua data porta, in o-
mibus domesticis, omnibus vicinis factus est oppidò gravis, pa-
verò Deo etiam intolerabilis, cuius divinissima Majestas quotidie
inter flagitia ita eviluit, ut omnem illius providentiam suo cum magis-
tro abnegaret, donec horribilibus pœnis multatus, damnò suò diceret.
Deum dari, scelerum vindicem & immanis perfidiae ultorem. Instruc-

forte sybaritico luxu splendicans convivium Comes, ad quod multos
 pariter illustres convivas invitabat. Jam status dies regalis mensæ il-
 luxerat, jam gulæ illicium facturus Comes urbis pomæria obambula-
 bat, ecce casu cæmeterium transgressus, juxta viam humi jacentem
 calvariam offendit. Palluit ad tristem depilis globi aspectum Comes,
 atque mox iterum ad obtutum ita tragicum offensus, more recepto
 tumidas exarsit in iras; his turbidus calvum caput impio calce protri-
 vit, in re maximè seria etiam humi jacens caput eo pænè ritu, quō
 olim pueri male fani Elysium lusisse leguntur (7) *ascende Calve &c.* (7) 4. Reg.
 petulanter affatus: ehodum Calve, dic, si potes, & pauca quæstionis
 puncta resolve: anne verum est, quod paſim ſpargi ſolet, noſtrō
 corporis antrō ſpiritu concludi mori neſciū, quo præſente totum
 corpus vivificetur, quo migrante extinguitur? is ſi corpore mactato
 non pereat, ſed vitam extrahat infinitam, dic, ubi locorum poſt fata
 huiſit? an porrò altero in orbe aliqua datur æternitas? an ibi ad ſeverum
 tribunal Deus Judex ſeffitat? an ibi piis merces aliqua deputatur, & poena
 fceleratis? hæc poena num temporaria eft, num ſemper duratura? hæc &
 alia cum politicus Comes amaro cum ſplene vomiſſet, nova protervia ea-
 que in auditâ mortui hominis calvariæ, etiam ad mensam ſuam ſyſtariti-
 ce inſtructam & pluribus convivis illuſtrandam joci gratiâ invitabat, eum
 in finem, ut inter dapes & pocula, more olim gentilibus recepto ad po-
 ſitas quæſtiones evidens reſponſum daret. Nihil quidem præſens cal-
 varia audacissimo nebuloni reſpondit, at quanti ſteterit Comiti hæc
 inſolens provocatio, mox pateſcet. Sic ergo fine reſolutione ad quæ-
 ſtiones repoſita, quam credit imposſibilem eſſe, Leontius abiit & re-
 ceſſit. Domum delatus jam in unum congregatos convivas amicè ſa-
 lutatos, mensæ adhibuit. Factum eft initium adipali epulo, & com-
 muni omnium gaudio. Illata ſunt mensæ fercula lauta, regia; cur-
 rebant in orbem grandes pateræ, fœundi calices, aurei crateres,
 nectare pleni & ambrosia; lati omnes: vivat, bibat! Leontio acclama-
 bant tantæ latitiae promocondo, accinentibus ſuaviter phonafcis & flatoli-
 pis. At vix umbilicum tenuit licentia convivandi, en malum malo-
 rum maximum, ſpectaculum vix unquam in Gallia viſum, triste cum-
 primis & luctuosum, genialem mensam turbavit, evertit; ut nempe
 & hīc ſacrum illud vaticinum expleretur (8) extrema gaudiū luctus oc (8) Prov.
 upat. Tenent tympanum & cytharam & in punto (9) ad inferna dſcen- (9) Job. 21.
 dant. Mel ſubito in fel, in absynthium nectar migrat & ambrosia.
 Accurrit ad Leontium herum ſuum tremulo pede, pallido vultu &
 palpi-

palpitante lingua famulus lateralis , aitque ante axium fore viva mortui hominis simulacrum prostare , & ingressum urgere . Num fatali pene omnes convivas examinari videoas , antequam novum hospitem oculis spectarent . Excitabat quidem singulos Leontius , id horrorem animo praeconceptum nec minuit , nec abstesit . Riligi-
lus Comes atheism infectus , qui nec Deum crederet , nec os-
lum , nec orcum , donec expertus disceret Robertus , dari singul-
dedit adeo in mandatis alteri famulo , ad omnem proterviam po-
co ritu abjecto lurconi , ocius ut monstrum examinaret , unde
aedes tempore tam importuno , & quid sibi vellet invisa larva ?
imperata procax verna , mox tamen e vivo mortis simulacro intell-
hero suo diceret , se ab eo coemeterium transeunte ad mensam im-
tum esse , & licet non condixerit , nunc tamen praestol esse acerbit-
ut heri votis faceret satis , & ad positas quæstiones super mensam
currendo responsum daret desideratum . Hæc cum Leontius audie-
memor , quid ad calvariam dictum esset , expalluit nonnihil , mox
men vitro grandi metum diluit , atque iterum alios hoc verni pes-
res , hoc audacieores famulos dimisit , qui hominis mortualis larva-
tus ab edibus profligarent , eique dicerent nullum his hospitibus lo-
cum in mensa prostare ; alios una properè dimisit , qui fores adiu-
probè obserarent , & pessula omnia fortiter obducerent , si forte no-
lentis ausibus aditum quereret turpe spectrum . Sed vanâ fuit sine vis-
bus ira ; quis spiritum mole corporea destitutum remoretur ? clausa
nus murum & chalybem illæsis feris penetrabit ; hic uno flatu fer-
bus & feris immisso , ultrò dissiliebant repagula , viamque referunt
tremendo hospiti . Ascendit illico per scalas horribilis larva , cana-
lum irriguit , magnis passibus ad Leontium contendit , & illius feles
proximum applicuit ossa hominis larva . Vix locum tenuit negatus
jussit totum confessum cepta prosequi , gulam raris dapibus emere .
Leontii salutem spumantibus cyathis ad fundum exaurire . Medi-
tum temporis difluxit , inquietabat larva , ex quo nullum ego chum
nullum potum gustavi , nunc ergo longam plurimum annorum inedi-
hic loci resarciam . His dictis , ossis manibus grande poculum
ptabat , & bibere cepit Leontii sanitatem , inde alios omnes ad sum-
haustus accedit . At nemo fuit ex omnibus convivis , qui præ-
bibonem sequi vellet , quin potius id unum spectabant singuli , quibus
technis tanto se discrimini maturè subtraherent ; sic unus post ali-
rum e triclinio aufugit , ut solus tandem Leontius & magister epi-

Mach-
cūm
obtin-
Mach-
fit Ma-
gā pa-
quide-
locare
objec-
verbis
invita-
per ir-
tām q-
spon-
tur ;
porta-
menta-
ras ,
vocar-
genus
vivis
exfan-
tibi pr-
meus
nam ,
tuis c-
ris , ac-
nam h-
meus
torme-
decre-
pedie-
protri-
cient
gem ,
eit e-
nitate
tam ,

Machiavellus cum mortuali larva in mensa relinqueretur. Causæ suæ cùm diffideret Machiavellus, ipse quoque totis viribus abitum ursit & obtinuit, Leontio frustrà rogante, ne hoc in articulo discipulum suum Machiavellus desereret. At furdo fabulam; abiit, excessit, erupit, evasit Machiavellus, alteri fato à justo scelerum Vindice reservatus, & fûgâ pariter dilapsus, omni ope ac consilio Leontium destituit. Voluit quidem aliorum omnium exemplô properis pedibus salutem in tuto locare Leontius; at quoquæ Comes fugeret, fugienti se larva tota objicit, violentè ad fores penetrantem manus ossea comprehendit, his verbis præsentem Leontium affata: en præstd est, quem hodie ludicra invitatione ad præsentem mensam evocâsti, adest modò is ipse, cui per immanem jocum & audaciam in mandatis dedisti, ut super mensam quæstiones à te positas resloverem. De illis ergò sequens cape responsum: per mortem temporaneam non omnia in homine moriuntur; vitam suam alterum in Orbem migrans à corpore anima transportat, ibi æternum victura vel inter Cœli gaudia, vel inter Orci tormenta, prout sententiam ex urna hauserit divina, quam nulla unquam attas, nulla potestas evertat. Noli asserti hujus firmitatem in dubium vocare, hæc tibi juratus eloquor, & Altissimi iussione coactus. Qui genus, unde domo sim, nōsse si cupis, en meos lares patrios & vitæ in vivis exactæ splendidam conditionem tibi fidenter detego. Probè hanc exsanguem & continuo ex ose fabricatam structuram suspice. Sum ego tibi proximo sanguine junctus, sum ego avus tuus, ergò tu nepos es meus, sed heu! uterque nostrum male fausto sidere prognati ad pœnam, ad geheñam. Calvariam nobili tumulo Styx eruit & pedibus tuis objecit. Meis ego iniquitatibus, blasphemias, pauperum pressus, ac plurium scelerum horrifico acervô focos merui æternantes, & utinam his aliquando in cineres anima mea combureretur! at verò ignis meus inextinguibilis est; anima mea immortalis est, vita in perenne tormentum identidem renovatur. Hoc vitæ inter ignes perpetuandæ decretò me justus scelerum vindex Deus ex alto fulminavit, nunc pro pediem te quoque nepotem meum fulminaturus, qui hanc in horam protrita sanctiori disciplina, sine ratione, sine lege, sine Deo, sine conscientia, abominandis te flagitiis contaminâsti, & vitam duxisti exlegem, quasi nec Coelum nec Orcus daretur; & huc quidem nunc tibi ex tempore abeundum, sanguis meus, nunc vita tibi tota cum æternitate mutanda; ne verò tibi grave sit iter tam prolixum in æternitatem aggredi, en faciam ego, ut totum viæ spatium brevi compendio

L

absol-

absolvas, meis illuc brachiis deportaberis. Dixit hæc avernalis unica, & mox Leontium expansis brachiis amplexas cognatas inter manus impidanter & luctantem, ita fortiter vicino parieti allisit, ut cerebrum sanguinolentum muro adhaeresceret, totius tragœdia vivax argumentum. Redibant postliminio stupore, ac horrore pleni convive, vestigia muro impacta; at cum nil uspiam de corpore compareret, in sententiam omnes abierte, à spectro illo corpus simul & animam Orcum abrepta esse.

Aedes modò pseudopolitici mangones, Herodis posthumus chiavellistæ, Atheistæ, & vestri commilitonis cerebrum muro affutare suspicite. Hanc vitæ coronidem pseudopolitici metuant, qui hoc anno ad diabolicas Machiavelli leges ita vivunt, quasi nullus in celis Dei existeret. Nascitur ex stygiis his principiis efrons audacia, ut homo quasi habens in præcipitium ruat pseudopolitica mortalitas. Falsus est toto coelô, qui tam putidis pseudopolitiae principiis nixi, arte dumata & industria pure humana, improba calliditate ac dolis vitam firmata fatagunt & fortunam, nulla divinorum habita ratione, protitra dicta. Deique candido cultu penitus neglecto. **Non est consilium, non est præceptum,**

(10) Prov. dentia (10) non est industria ulla *contra Deum*. Ut prospere omnia regantur, ut ratio communis status, ut tota familia, bonum publicum &

(11) 1. Ti- privatum conservetur & amplietur &c. fides floreat & religio, corde ardeat divinus, pietas ad omnia utilis (11) Paulo teste, nova industria

moth. 4. piat incrementa & ubique sancta veritas colatur. His basibus nova salus publica, salus privata, ut experientia docet quotidiana, plurimis exemplis firmando, si tempus suppeteret. Procul itaque hinc facilius

qui statu rationem pluris astimant quam religionis, qui legibus eternis insuper habitis & conscientia remorsu, qui pulsâ pietate ac veritate pro ratione, pro lege, pro una politia norma lucrum ponunt in armis

(12) Luc. bursa. Verbo: ut prima monet Veritas (12) queratur ante omnia Regnum sanctorum exemplo Deus & regnum ejus juxta leges coetus prescriptas, juxta decalogum, & purioris conscientia dictamen, et

quidquid sperare possunt Politici, adjicetur vobis.
Amen.

